



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### Fasti Mariani

Brunner, Andreas  
Pfeffer, Wilhelm

Antverpiæ, [1659 erschienen] 1660

Commemoratio Fidelivm Defvncctorvm. 2. Novembris.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-42032**

## COMMEMORATIO FIDELIVM

DEFVNCTORVM. 2. Novembris.

**P**ietas lacrymas, Mariane, oculis tuis objicimus, ut his oratoribus tibi exprimamus veras, & quibus opem non fictæ calamitati feras, nec jam pictos extinguas ignes. Id porro quam merito facias, ex annalibus D. Dominici discere. Numeravit hic inter alumnos suos duos præ cæteris pietati deditos, Bertrandum alterum, alterum Benedictum. Ille pro peccantibus, hic pro luentibus in flammâ præculari peccata multum sollicitus; preces ac sacrificia quisque in suos congerenda credebatur. Et pugnabat Benedictus magnis rationum momentis, & aiebat, illos, si modò velint, rebus suis abundè posse consulere, ore suo orare, manu suâ avertere iram Numinis posse; hos verò, ut quis manu carerent, utique auxiliari alterius egere. Contra contendebat Bertrandus tam hos salutis, quam alteros illos, nisi à præcipitio abducerentur, interitus certos esse, itaque gravius periclitantibus succurrendum. Et perstitisset in hæc sententiâ, nisi ex purganti igne anima una omnium legatione functa, terrore suo sub noctem insequentem, patrocinium suum & sociarum ita persuasisset, ut jam nemo alius pro his ad aram frequentius Bertrando oraret. Et profectò si sapimus, vicina incendia, & nobis quoque jam jam impendentia, communi operâ sopimus, hoc est, cilicio apprimimus, precibus avertimus, flagris fugamus, gemitibus diffilamus, oculorumque umbre extinguimus vindices ignes. Quin quisquis fila manu tenet, & globos *Virgini* sacros, tenere te funem pu-

quo ex inferno carcere ascendere hodie ad cæ-  
lam animas facias.

O fratres mei, qui modo modicam febrem, vel  
modicum quemcumque dolorem non potestis pari-  
cipia, facietis, quantum dolebitis, quantum plora-  
bitis illo incendio inflammati, & totaliter à pœnis  
descripti? S. Bonav. serm. I. de S. Laur.

S. EVSTOCHIVM V. 2. Novembriæ.

Vitæ EVSTOCHIVM nobilissimæ & D. Hierony-  
mo laudatissimæ matronæ filia, ejusdemque  
virutis ex asse heres. Degebat illa sub patruî Hy-  
metii tutelâ, certa nulli nisi Agno nubere, eamque  
suo rem animi potius mundo, quam corporis stu-  
dium, & hoc pulchrior, quò negligentior fuit. As-  
picietius alta omnia animo volvens, ut quam  
pulcherrimè posset ornatam virginem ad nuptias  
nobilissimis juvenibus venditaret, eam curam  
conjugi Prætextatæ demandat. Hæc igitur Ev-  
stochio vestes induere, ad elegantiam sæculi  
factas, faciem fuce tingere, frontem & aures  
gemmis pingere, crines ferro & igne fingere, de-  
que totam ad lascivam venustatem componere.  
sed in tam pulchrâ EVSTOCHIO nihil jam celo  
lacuit, præter lacrymas, quibus naufragium ti-  
dens virginitas quotidie innatabat. Periclitanti  
somen succurrit Angelus bonus, & in somnis ad-  
prætextatam, Nimirû, ait, egregia cognati sangui-  
nis lena, mundo conciliabis Dno desponsam? DEVM  
quodas generum habere, terre filium quaris? ex  
virginis palæstrâ Veneris facies! ex oculis Cu-  
cipulas servis? ex capillis laqueos noctis  
manibus? At non impune hæc facies, iam enim